



QVOD BENE VERTAT!

De

Pra. 2 num. 10.

1678, 14

21

COMMISSARIO IMPERIALI

AD

NEGOTIA STATUS, DISSERTATIO PUPLICA:

Quam

In Florentissimo ad Salam Athenæo,

P R Æ S I D E

Magnifico, Præ-Nobilissimo atque Excellentissimo

V I R O,

DN. NICOLAO CHRISTOPHO-
RO LYNCKERO,

Jcto ET ANTECESSORE LONGE CELEBERRI-
MO, SERENISS. DUCUM SAXON. CONSILIARIO SPLENDI-
DISSIMO, FACULTATIS JURIDICÆ SENIORE, CURIÆ
PROVINCIALIS AC SCABINATUS ASSESSORE GRAVISSIMO
MERITISSIMOQVE,

Dn. Patrono ac Præceptore suo cum obsequio & ve-
neratione perpetua colendo,

Solenni Eruditorum Examini,

In Auditorio Jctorum,

submittit,

JO. CHRISTOPHORUS *Burchl*, Ratisb.

d. Augusti. A. D. M. DC. LXXVIII.

Erfordia, Sumptibus Andreæ Knollii.





PRÆLOQUIUM.

Lectori Benevolo benè agere!

Argumentum Dissertationi nostræ præscriptum cernitur, A. L. quod ut dignitate quâdam præcipuâ, ita non minori utilitate se commendat. Tantò enim nobilius, quantum cæteros Orbis terrarum Reges Principesque dignitate præcellit Imperator; èò utilius, quò majus momentum positum in iis negociis, quæ Imperium, Pacem, Bella, ipsumque adeo Reipublicæ Statum attingunt, & quò plura ejusmodi in nostro Sacro Romano Imperio (cujus Majestatem nullum aliud adæquat,) Commissarii Imperatoris auspicio vel expediunt, vel ordinant ac dispensant, ita ut in iis Imperatoriæ potestatis vim ac decus excelsissimè vigere deprehendas. Quapropter de hâc egregiâ licet gravissimâ pariter Juris publici materia, (cùm de eâ hætenus, quantum constat, nemo alius,) quæ sparsim in monumentis Actisque publicis deprehendimus, illustrare, novâque opera evarii coloris filo unum quasi aulæum formare maluimus, quàm vel sterili, vel protrito, aut elaborato quopiam argumento tempus ac ocium terrere, præprimis cum Magnificus Dominus *PRÆSES*, Patronus ac Præceptor meus

meus nunquam satis laudandus ac venerandus, præ-
buerit auspiciū subsidiumque ingens, cui me a-
deò plurimum debere, ingenuè profiteri decet.
Nec tamen ut thema hoc arduum & non una dif-
ficultate implicitum penitus exhauriamus, à nobis
expectandum est: verum potissimas saltem Commis-
sariorum species designasse, primasque duxisse line-
as, suffecerit, quæ illi, quibus plus ocii superest,
absolvere, vitamque illis & spiritum inducere vale-
ant; quin & in argumento satis delicato, quæ sen-
tias, liberius enunciare, aut quæ noveris, & publi-
cum effutire, haud fas habetur: Siquidem vel ma-
ximè communis salutis interest, non omnia ad amus-
sim exigere, sed prout multæ magnæque negocio-
rum, cum primis quæ statum concernunt vicissitudi-
nis, ita religioni curæque eorum qui summæ rei præ-
sunt, non pauca relinquere debent; nec privatis omnia
rimari, vel saltim pleraque quasi minus perspecta ha-
beri convenit. Proposueramus equidem & de Com-
missariis Austregarum cæterisque Judicariis industri-
am nostram experiri: verum non minùs rei difficul-
tate, quàm temporis atque Dissertationis cancellis
me hâc vice præpeditum esse video, ut novo institu-
to aliique tempore hæc ipsa relinquenda fuerint. In-
terim æquus erit his nostris conatibus Benevolus
Lector, eosque sicubi defecerint, benignè supplere
dignabitur.

J.J.

Ambiguum COMMISSARII nomen est, seu natales ejus seu significatum respicias. Utcunque enim Polletus (*Lib. 3. c. 15. Histor. Fori.*) non illatine deci *Commissarium* existimet, pariter ac Depositarius, item Mandatarius dicitur; vocem tamen Commissarii illis ignotam esse, quos pro norma & amussi dictionis habemus, G. Jo. Vossius *Lib. 3. c. 6. de Vitiis sermon. Lat. p. 408.* perhibet, indeque rectius judices vel rei inquisitores, (quanquam non ad amplitudinem Muneris Commissariorum,) dici vult; nec etiam Mandatarius, pro recipiente Mandatum, sed solum Mandatario nomine, i. e. ad rogationem alterius, in Jure nostro legitur *l. 15. C. ad SC Vellej. l. 19. § 22. C de fidej.* Et licentiosus est Rulandus, quando *P. 1. Lib. 1. c. 2. de Commiss. num. n.* Delegatarium ad exemplum Mandatarii format nimiumque sibi indulget, quando *Commissarium in eod. c. 2. n. 18. à cum & mando deductum esse opinatur.*

§. II. Equidem varie Commissarii alias etiam insigniti sunt. Nam ita (1.) Veteri significatu *Delegatos* appellant, Gail. *1. obs. 35.* quorum tamen appellatione Commissarius non exhauritur, ut ipse ostendit *d. c. 2. Rulandus*, & alibi accuratius indicabitur. (2.) *Missi* occurrunt, Carolinis temporibus; Nam his *judicia* partim per Concilium omnium Ordinum, (puta si ad status interiorum rationem ea respicerent; v. Hotomann. *c. 11. § 15. Franco-Gall.*) partim per ipsum solumque Regem, (Hinemar. *Epist. c. 19. 21. § passim.* partim etiam per Misfos, seu Ablegatos, exercebantur, qui Graviones Pagorum visebant, simulatque Judiciis, ut de fide istorum & dexteritate experirentur, aliquandiu aderant, atque subditorum querelas audiebant; ceu officium eorundem plenius in *Lib. 2. Capitular. Carol. c. 26. (junct. L. 2. c. 12. 28. § Lib. 4. c. 66.)* describitur. Adhibe Lehmannum *lib. 2. Chron. Spirens. c. 10.* & Conring. *Diss. de Judic. Vet. Germ. tb. 36. seq. item Diss. de Ducib. § Comit. tb. 15.* (3.) *Deputati* sæpius dicuntur. Qui tamen iterum varii: Sane qui ex *Asessoribus Camerae Spirensis* nonnullis actibus deputantur, omnino

minimo Commisarii non sunt. v. C. G. S. P. 3. Tit. XI. §. 3. Et quamquam propius accedant *Deputati Statuum* & ex Statibus Imperii * ad Commisarios, non tamen hic de aliis, quam qui Imperatoria auctoritate deputantur, agimus.

§. III. Interea etiam hi, quos ad Principem *subditi*, cum primis Senatu gaudentes, mittunt, *deputati* (i. e. *Selecti*) ex Ordine appellantur; sed non etiam Commisarii, multo minus *Legati* quanquam Germanicum idioma largius se exhibeat, cum frequentissime statuum *Alegati*, *Gesandten* indigentur, etiam quando ad Cameram Spirensis mittuntur: (C. G. S. P. I. Tit. X. §. 26.) quales nemo accurate Legatos dixerit; nisi quod hic faciem quoque *Misus* a mittente capiat, & prout *Minuti Principis Reive publicæ*, licet independentis, *Alegatum* non eo habitu locove, quo *Regium* aut *Reipubl. præpotentis Legatum*, æstimari admittit ipsa summi & potentis pariter Principis, ad quem mittitur, existimatio: ita vicissim *Cæsarea Majestas Electorum*, aliorumve *Principum* in Imperio præ eminentium, *Legatos* eo nomine non modo gaudere vult, (ut non per omnia eodem jure, quo Re-

* Maxime illi, ex placito Comitiorum *An. 1431.* de quo *Lehmannus Lib. 7. Chron. Spirens. c. 80.* qui in Comitibus cæterorum quoque Statuum nomine negotia suscipiunt, quos alias *Extraordinarios* suo sensu appellare solemus. & vel *ordinarii* iterum, ut insigniri voluerit, vel *extraordinarii*. Illi antehac zu *Überreichung des Reichsgutachtens*, quod quidem nunc ad evitandas tot contentiones, per *Directorium Moguntinum* sit, item zur *Überleg. Durchsehung und beständiger Einrichtung des Reichs-Abschieds*. *Arum. c. 8. de Comit. n. 95 & Herden. P. 2. der Grundfeste, c. 10. p. 179. seq.* Hi ad alia citius vel commodius (ut si quando gratulationes fieri, *Legati* recipi debent. &c.) expedienda: qui in Collegio *Principum* oder im *Fürsten-Rath* nec simpliciter ex *Scamnis*, neque etiam ex *Circulis*, sumuntur. (v. ex *Arum. Schütz. Vol. 1. D. 10. th. 14 lit. b.*) verum ex observantia noscuntur: ut tamen hæc ad paritatem Religionis redigi debeat, juxta *Instr. Pac. art. 5. n. XVIII. §. 51. Herden. P. 2. c. 9. p. 175.* Unde cum ad extraordinarium numerum recipi nuper vellent *Comites Sævici*, præcipue disparitas religionis obversa est. Quam quidem *Deputationem*, einen solchen *Ausschuß*, in causis præjudicii alicujus ægre admittunt Status cæteri, v. *Bedencken ap. Speidel. Notabil. sub Lit. D. n. 20.*

Regum exterorum Legati utantur: *) verum etiam Deputatos suos, cum primis si foederum bellive rationem & alia publica Imperii, praecipue exteris immixta, negotia concernunt, Legatorum nomine condecorat, inque eo Libertatem & Potentiam Statuum ejusdem, Regiae parem cum Majestate Imperatoria temperat. Nec facile genus Ministrorum aliquod inter publica reperitur, in quo respectum sui aliorumque Principes magis, quam in illis, quos ad alios mittunt, modificant. Hinc diversae *Delegatorum, Ablegatorum, Agentium, Residentium, Missorum, (Envoyez)* & superiori a *Oratorum* nomina. Utique amplius quid importat nomen *Delegati* quam *Ablegati*, & medium quendam seu indifferentem significatum habet; *Ablegatum* vero dici volunt Mittentes, si quando vel ob praecedentiae dubium, vel alio intuitu, primas ei, qui ab alio una Legatus mittitur, deferunt; quasi nil eo modo praecellentiae suae, vel saltem paritati, detrabi existiment, si nomine paulum remissiori Deputatum suum insigniant. Ita in *Laudo*, quod in causa Palatina *Wildfangiatus*, Delegati Regum Galliae & Sveciae Heilbronnae anno 1667. ediderunt, *Courtin*, Legatus unice dicitur, sed Regni Sveciae Deputati, quos inter tunc quoque fuit David Mevius, J.C. solum *Ablegati* audiunt: utrinque vero sua nomine *Delegatorum* continentur. *Agentes* deinde appellant, quorum vel Principales nullo Imperio vel potestate valent, qualis fuit Commissarius seu *Agens Mercatorum Societatis Anglicae ad Indias Orientales*: (v. *Laudum int. Angl. & Belg. de Anno 1655. in Gravam. n. 14.*) vel etiam non personae suae vicem locumve tueri, sed negotia tantum curare Ministrum voluere, ut sunt *Procuratores Judicii Imp. Aulici*
Vien-

* Ita anno 1529. Status Protestantes ad Capitulationem provocarunt, wann sich selbige beschwehrt, daß der Käyser Ihre Abgesandten in Bestri-
 lung genommen: Es werde darinn gegen die Capitulation gehandelt,
 indem sich darinn die Käys. Majest. verpflichtet, daß sie keinen aus de-
 nen Reichs Ständen für sich selbst vergewaltigen wolle, &c. Nun be-
 gehren sie ja in ihren Obliegen, darum sie ihre Botschaften zur Käyserl.
 Majest. gefertigt, nichts anders, denn nothdürfftige Verhör, und
 möchten rechte ordentliche Erdörterung wohl leiden apud Horleder.
 Tom. 1. von U. des E. Kr. 2. VI. Num. 8.

Viennensis, qui saltim quod Principum Statuumve Imperii negotiis præcipue præsent, vel ad hoc, ut præesse possint, constituti sunt, nomine *Agentium* gaudere malunt* ; item quos sæpe Principes aut Respublicæ, diuturnæ aut perpetuæ negotiationis causa, alicubi degere cupiunt: quorum in censu vel Reginae cujusdam hætenus Hamburgi Hebræus quidam fuerat. Digniori loco habituque gaudent *Residentes*, qui vel Regias vel Principum Rerumve publicarum Regibus parium causas agunt, & plerumque pariter ut Agentes ad illarum Universitatem deputati sunt, ut Domini sui interesse in peregrino loco observent. Eo nomine pollent S. R. I. *Electorum* Procuratores in Judicio Cæs. Aulico, nec non *Cæsarei Residentes* Hage, Hamburgi, in Aula Turcica, Hispanica & alibi: *Affiduos Legatos* nuncupat H. Grotius *Lib. 2. de F. B. & P. c. 18. §. 3. in fin.* eosque optimo jure rejici posse statuit, quoniam illis opus non esse mos antiquus, cui illi ignorati fuerint, doceat: Quæ quidem animadversio *Statuum Residentes* apud Imperatorem non ferit, & nunc inter Gentes, quanquam cum multo periculo pacis & tranquillitatis illarum, penes quas Residentes illi admittuntur, ** ea consuetudo

* v. S. R. I. Tit. III. pr. ibi: Agenten und Procuratores. & Tit. VII. Procuratoren und Agenten. Numerus illorum regulariter excedere non debet 24 aut ad summum 30. d. Tit. VII. pr. sed nuper una vice & simul eorum 32 vidimus. Extra quos nullus alius admittitur, nisi fortassis *Electorum* aut *Statuum* aliquis specialiter alium quendam negotiis suis Judicialibus præficere velit. d. Tit. VII. §. Da auch ein Churfürst.

** Nec enim alia ratione commodius, quam hac ipsa, molimina sua Imperio quoque nostro nociva exteri promovent: quæ superiori tempore *Rudolphus II. Imperator* observavit. vid. R. A. de anno 1582. §. 29. ibi: Das verdächtige in dem Heil. Reich vorgegangene schädliche practiciren der ausländischen Fürsten und Gesandten, &c. uns und dem Heil. Reich ganz verkleinerich: quapropter & in art. 5. Capitul. Leopoldi cautum est: Imperatorem prospecturum esse, daß sich einige fremde Botschafften heim- oder öffentlich in die Reichs-Sachen, so ihre Principales nicht angehen, nicht mischen mögen. Pertinet huc *Delineatio Residentium Gallicorum*, post exactos illos, a Non nemine vivis coloribus exhibita: Der Beruff und Amt solcher Residenten ist gewesen, ehrliche Espionen abzugeben, u. andere ihres gleichen zu suchen, die Consilia aller Orten auszuspähē, die Stärcke u. Schwäche der Länder u. Fürstenthümer

tudo recepta est. *Missos* etiam dicunt, & *Entvoez*, peregrini
Commissarios, quibus negocia sua ad Alios transferenda concedunt:
& imò Commissarii an testes examinandos deputati, in Canon.
jure *Nuncii* appellantur. *c. 1. x. de testib. cogend.* Tum & *Oratorum*
nomen (quasi decus Imperii ac emolumentum asserant, mentem-
que Principis ornatè ac graviter enuncient.) occurrit: velut Lau-
datisimus Imperator *Carolus V.* neben dem Stadthalter, Fratre
suo *Ferdinando*, *Hannartum* Burggravium, ad Comitia *Norimb.*
Anno 1524. als Orator im Heil. Reich, constituit: de quo Ora-
toris nomine videri potest *Alberic. Gentil. Lib. 1. de Legat. c. 2. p. 3.*
Et sæpius ergò Commissio in aliud nomen flectitur, etiam retentà

thümern, Finanzen und Renth. Cammern, auch Kriegsmachten und
Verfassungen zu erlernen, die Gemüther zu erforschen, solches alles flei-
sig zu berichten, um die feindliche Consilia darnach zugiessen; Aller Or-
ten Uneinigkeit einzustreuen, was vereinigt, zu vertheilen, was zusamen-
hängt, zu trennen, und darzwischen das Französische interesse zu säen:
Fremder Potentaten Unterthanen mal content zu machen, aufzuwie-
gen, zur Rebellion anzutreiben, u. zu verhalstarrigē, zu foviren, heimlich
mit Rath und That beyzustehen, unter dem Prætext, die unschuldig un-
terdrückte jure communi humanitatis zu retten und zu verthädigen, (da
doch in der Christenheit kein Reich zu finden, wo die Unterthanen ohne
Unterscheid mehr un härter, als in Frankreich selbst gedruckt werden:)
die Hof- und andere Bediente mit Verheissungen und Geld zu corrup-
piren, bißweilen auch falsche Jubelen und falsch Geld auszutheilen, und
zwar billig, weil auf solche Treu falscher Lohn gehöret. *Utique Gre-
monville, Legato Gall. Viennæ Residenti, turbas Hungaricas Author
scripti, La conference infructueuse de Windischgratz, apertè imputat,
& si proprio nomine, nulloque habito à suo Rege Mandato, id fecisset,
on pourra le punir, ait sans que la France le reclame, sur ce qu' on de-
sauoüe le coup qui manque, & celuy que devoit le porter, comme une vi-
ctime d' Estat, qu' on ab andonne à la colere d' un Estranger, & au malheur
de ne point avoir veüsi.* Quæ verò in speciem pro continuis illis & ordi-
nariis Legationibus, ut appellat, adferri possunt, eleganter non mi-
nus insinuat *Frederic. de Marselaer. Lib. II. Legati, Dissert. XI. p. 317.*
sed & nervosè ibidem & seq. pag. discutit: *Ferdinandum sagacem
illum Regem Castellæ, primum reputans, qui Legationes continuas
miserit, quemque cæteri deinceps secuti fuerint,*

B

aliquan-



aliquando Commissionis appellatione, in quod extra Caesarem etiam aliis frequentatur, ceu in Anno 1670. mens. Jan. Deputati Principum & Comitum, quorum in causis Feudalibus Metens. Tullens. & Verdunensib, intererat. * **deroselben Bevollmächtigte und committirte Rätthe und Abgesandte** dicebantur: quà ratione Commissarius, perpetuò etiam caractere *Consilarii*, majorem sui honorem & existimationem præferre videtur.

§. IV. Deputat autem *Cæsarea Majestas* Commissarius, tam in causis STATUS, quam JUSTITIÆ: utrobique; *extraordinarios* ut plurimum, quorum tamen aliqui ordinariâ, id est Legibus Imperii concessa potestate, funguntur, eoq; respectu amplius quidquam Commissarii munus sustinent. Ordinarii verò non nisi externam faciem Commissarii gerunt, nomenq; illis ideo impositum est quod non continuo, sed cum opus fuerit, potestate & officio à Legibus, certo personarum ordini, utut non huic individuo, quod jam tangitur aut eligitur, demando fungantur: velut hæc omnia variè in Commissariis ad inquirendum, examinandum, cognoscendum, expediendum, exequendumve causas, tam civiles quàm criminales, Statuum Membrorumve Imperii, in Commissariis item lustrationum, contributionum, transitus, aliisque Bellicis, tum & Revisionis in Imperio, Austregarum & aliis apparent. STATUS vero nomine, si quando *Justitiæ* opponitur, non utique rationem justitiæ penitus excludimus, cum non possit non labi Imperium, ubi Status negotia justitiâ non nituntur **, saltem negative, h. e. ut quod in illis suscipitur, saltem in justum non sit, Igitur per Commissarios justitiæ illos intelligimus,

* Ut Beldenz modo Pfalz, Nassau, Hanau, Lichtenberg. Arbitri à parte Imperii fuerant Chur. Sachsen, Eichstätt, Costniz und Regensburg; à parte Frankreich, Chur. Maynz, Chur. Eölln, Schweden als Bremen, und Hessen-Cassel.

** Diweil ohne die Justiz, als das einige grösste Kleinod im Reich, (R. A. 1567. S. Wiewol wir:) kein Gubernement in der Welt bestehen, (R. A. 1603. S. 45.) und ohne förderlich gleichmäsig Recht, das gemeine Wesen unmöglich erhalten werden kan. R. A. d. A. 1570. S. Weiter nach dem auch. Ut non immeritò Colerus in *Epist. de Studio Politic.* Non video, quomodo illi Politici nomen suum hodiè tueantur, qui JURIS CIVILIS planè ignari sunt.

mus, qui causarum ex jure Imperii, disceptandarum cognitionem & arbitrium inter duas partes litigantes suscipiunt: quâ ratione, licet sæpius etiam causæ statuum eo possint in valescere, ut imperii securitatem turbent; quoad usque tñ. eo non pertigere, ad causas Justitiæ rectius, quam statos referuntur: & vicissim, licet Revisiones Imp. Judiciorum ad causas non modo Statuum Imperii, sed cujuslibet, pertineant, qui in foro aliquo Imperii litigat: nihilominus tñ. illæ, ob respectum statûs prævalentem, ad justitiæ Commisarios non adeò referri debent: quippe quibus vigor & integritas judiciorum in universum vel præcipue committatur: adeo ut quicumque vel ad pacem pangendam exequendamque, ad fœdera ferienda, Belli rationem instruendam, ærarii fiscive causam, tum & Judiciorum rectificationem adhibentur: illos omnino Status Commisarios esse oporteat: quin etiam si causa quædam magis privata videatur, puta vectigalium, protectionis vel alia, (quanquam hæ ipsæ, quòd inter personas publicas, & de objecto publico, vigeant, jam satis suo etiam respectu publicæ sint,) tamen si quando ad securitatem imperii & ad pacem ejus tranquillitatemve attineant, ad causas status respiciunt, **es wird eine Staats-Sache draus**, eoque prætextu eam consuetudinem, quæ causarum ad potentes in Imperio Partes pertinentium executionem, ad ulterius desuper consultandum, in arcanum Cæsaris concilium * **in Kånserl. geheimden Rath**, aliquando detulit Aula Cæsarea, (ut ut post §. 42. Capit. majori cum cautione) ruetur. Et nunc ergo de *Commisariis Status* experiamur.

§. V. Illos & quidem *extraordinarios*, plerumque proprio motu decernit Imperator, potissimum si quando differentiarum nervum imperii attingant, cum non aliâ viâ commodiori, quam per Commisarios, eorumve arbitrium, tranquillitas reduci possit: Exempla etiam inter Exteros prostant & quotidiana sunt; velut ex innumeris Nationem *Anglorum & Belgarum* diu ancipites inter Pacem & Bellum tenuere damna illa & præensiones mutux, in

B 2

Anno

* Ceu vicissim causæ status sæpe cum concilio Aulico hodiernum communicatur: quale quid contigit nominatim in Anno 1645. Mit denen propositionen von Schweden und Franckreich zu Oßnabrügk, welche damals in den Reichs Hofrath eingegeben worden.



Anno 1665. per Commissarios feliciter sublata. Nonnunquam verò Status apud Cæsarem pro Commissione *intercedunt*, quod sui etiam officii esse, Collegium Electorale censuit, quando in Anno 1630. Cæsareæ Majestati Commissionem, inter Duces Holsatiæ & Civitatem Hamburgensem, svasit. vid. Decret. Cæsar. Legato. Regis Daniae Ratisbonæ d. 22. Jun. 1641. præbitum. ibi: Die Fortstellung der vom Hochlöblichen Churfürstl. Collegio, noch in an. 1630. eingerahtenen, Kayserslichen Commission: Quale quid nuper, in an. 1664. dum præsens Ratisbonæ esset Cæsarea Majestas, repetitum, & à Rege Daniae atque Duce Holsatiæ denuò inculcatum est.

§. VI. Cæterum, sicut in causis Justitiæ peculiaris *Instructio* non datur Commissariis, siquidem ad ordinem juris in procedendo remittuntur, finibus solum Commissionis in rescripto generaliter expressis; ita in negotiis status aliter habet: Nam in hisce, porrigi unà cum Credentialibus, seu Tessera Mandatorum, * vel Rescripto Commissionis, *Instructio* solet Commissario, seu Commonitorium, (sæpè etiam geminum, quorum alterum liberè ostendere possit) velut axis, circa quam Actionem Commissarii Sphæra volvitur: ** Auf den N. N. was Er, als Unser abgeordneter Commissarius und Bevollmächtiger, bis auff unsere ratification thun uund verrichten solle, wie hernach folget: Erstlich, &c. Zum andern soll Er, &c. Und weil nicht alles in diese *Instructio* gebracht werden kan, was der Sachen Nothdurfft und Beschaffenheit erfordern möchte; Als soll ermeldter unser Commissarius alles das was &c. Inmassen wir zu seiner dexterität das Vertrauen gesetzt, &c. *** subjunctâ der Schadloßhaltung. Aliquando *Plenam* quoque

* Quamquam differant omninò literæ fidei s. Credentialiæ & Mandatum. Freder. de Marselaer *Lib. 11. Legat. Diss. 6. p. 282.* ubi egregiè de effectu Credentialium.

** Hujus componendæ curam non nisi ei demandet Princeps, qui negotiorum, & quæ circa eadem expedienda considerari aut evenire possunt, apprime gnarus, calidus, dexter, expertus & perspicax sit.

*** Nec tamen per hoc, quòd *cætera prudentiæ ac fidei committuntur*, generalis ac liberi mandati potestas concessa intelligitur, ad summam rei pro arbitrio mutandam. Sed cum omnes modi & occasiones rei agendæ præscribi nequeant, ut possit idèd Commissarius, si facilior via se aperiat,

(eam

seu liberam prorsus potentiam accipiunt, velut Legati Plenipoten-
tarii, quales etiam Imperii Statuum in *Dietâ Pacis Osnabrug.* fue-
rant, v. pr. *Instrum. Pac. Cas. Svec.* ibi: *Plenipotentiarum Tabula ritè*
commutata, & subscript, *ibid.* Quin & nonnunquam simpliciter, nul-
lo adjecto, *Plenipotentarii* audiunt, ut Deputati illi, qui Pacem Po-
lono Brandenburgicam pepigerunt; m. *Septemb. 1657.* sed tamen
etiam in specie Commisarii plenipotentes, quales fuerant, qui Tra-
ctatum, Stetinensem inter Regem Sveciæ & Electorem Brandenb. an.
1653. in consequentiam Instrumenti Pacis confecerant; eaque Ple-
nipotentia non minus ad illa porrigi solet, quæ non nisi animum &
voluntatem mittentis ligant, adeoque per Procuratorem peragi
non possunt. Talis est Commissio in plenipotentia *Matrimonia* per-
ficiendi, quæ instructi erant Cardinalis *Mazarini,* & Don *Louys de*
Haro, dum 7. *Novemb. 1659.* inter Regem modernum Gallia, *Ludo-*
vicum XIV. & *Mariam Theresiam* Hispanam, Matrimonium firma-
bant. Neque enim tale quid in personam Procuratoris, tanquam à
personâ committentis inseparabile, dirigî, eique acquiri, & ab illo
in Regem aut Reginam transire poterat. l. 49. ff. de *Acquir. vel am.*
*poss. junct. l. 6. §. 1. de Neg. Gest. Alberic. Gentil. c. 14. de Legat.** Quan-
quam aliàs quoq; in cæteris, quæ personam interiùs non afficiunt,
sed per Procuratores etiam peragi possunt, quandoque Commisari-
rii, si ita committenti placeat, in suam personam placita dirigunt;
suoque consensu & voluntate, verbis in se conceptis, sensa sua
offerunt, oblata acceptant, rejiciunt, tractant, promittunt, & quæ ad
causæ negotiive perfectionem requiruntur, ipsi absolvunt: quò non
modo facit *Instr. Pac. Cas. Svec. & Gall.* ubi, *Plenipotentarii,* (qui qui-
dem Legatorum caractere plerique usi sunt,) *consenserunt, conve-*
nerunt, &c. Verum etiam *R. U. de Anno 1542. §. 18. item 34. Wir*
(*Ferdin. I. Rex Rom.*) *Uns neben denen Kaysersl. Commisarien*
mit denen Ständen verglichen. Item *R. U. Anno 1543. pr. Wir*

eam sequi, quæ præscriptorum metam assequatur: ita ut appendix ad ea
quæ antecedunt, se restringat. v. *Laud. Marsel. Diss. IV. pag. 278. seq.*

Ita c. *fin. de procur. in b. accipe. cum Cypt. c. 9. de sponsal. §. 17.*

B 3

und

und die Kaiserlichen Commissarii: (qui tunc fuerant, Episcopus Augustanus, Comes Palatinus, & Consiliarius quidam Cæs. Aulicus,) §. 35. setzen, ordnen, und wollen. junct. §. 40. & per tot. Secus, si quando Commissio non tam committentem concernat, quam alios, quorum gratia Commissio suscipitur: Nam ita Recessum solum subscribunt Commissarii, ut solet in his, quæ ad compositionem amicabilem, in causis quoque justitiæ, conventa sunt; ideoque in fine subjicitur: Solches alles samt und sonders, so viel einen jeden Theil betrifft, versprechen, gereden und geloben wir, für uns und unsere nachkommen, bey treuem guten Glauben, auch bey dem Wort der ewigen Wahrheit, fest, stet und unverbrüchlich zu halten. Und ist dieser Recess von denen Kaiserl. Herrn subdelegirten, wie auch von beyden Theilen, unterschrieben, und mit deren Siegeln befestiget. So geschehen etc. Quamquam vero in causis Status haud unquam ferè commissionem aliis subdelegare liceat; * Tamen, vel lege vel expressa voluntate, potestatem subdelegandi in nonnullis concessam Commissariis, experimur: cujus posterioris exempla ** in Imperio non minus ac alibi occurrunt; & ab Exteris nunc quidem speciem *Pacificationis Aquisgranensis* mutuemus, ubi anno 1668. Generalis Capitaneus Belgicarum Provinciarum, *Marchio Castel Rodrigo*, Krafft seines habenden vollen Gewalts, *Baronem de Bergeyck* subdelegavit: qui etiam Tractatum, tanquam subdelegatus, (quà ratione de præcedentiâ seponere litem posse videbatur, ***) inferius paulò, & post Legatum Galliarum, subscripsit.

§. VII. Quot

* Nimia hæc fuerit potestas, & majori periculo quam commodo exposita. Permittat potiùs in antecessum Princeps, vel ipse talem constituat, si Commissarium impedimento inevitabili à peragendis sibi commissis exclusum iri vereatur, conf. l. 4. § 4 ff. de Legation. ibique Dd.

** Præ cæteris subdelegandi potestatem continet *Commissio ad Restituendum ex Instrum. Pac.* quam infra in *Adjunctis lit. A.* exhibemus: quin & Commissarios in his talibus, ausu proprio, quandoque subdelegatis suis substituendi potestatem facere, ex *lit. B. ibid.* videre est.

*** Consonant tradita Hagen in *Part. 3. Comitior. Diss. 3. n. 54. junct. Crus. Lib. 1. de præced. c. XI. n. 13.* Utique in *Comitiorum Imperialium Legatis eorumque Subdelegatis* aliter habet; quod tamen ex l. 13 ff. de

§. VIII. Quot non per Commisarios *fœdera*, tam Commereiorum quàm alia, conficiuntur? Sic Puncta circa *negotiationem* inter Regis *Sveciae* Ambassadorem & Envoye, ut junctum appellatur, und **Der General Staaten der vereinigten Niederlanden verordnen** *Commissarien im Gravenhag* anno 1667. composita fuere. Nec minus inter Regem *Daniae*, seu Regis Ambassadorem, & Ordinum *fœderati Belgii* Deputatos, an. 1649. itemque inter ejusdem Regis Commisarium & Ordinum Deputatum anno 1653. Porro inter Regis *Galliae & Lusitaniae* Deputatos Commisarios *Offensivum & Defensivum Fœdus*, Lisabonæ anno 1667. Quot non *Pacificationes*? uti *Tractatus Pacis & amicitiae* inter Commisarios Regis *Hispaniae*, & *Extraordinarium Legatum Regis Britanniae*, Madriti anno 1667. Inter Regis *Daniae* Deputatum *Extraordinarium*, & *Protektoris Angliae* *Consiliarios & Commisarios* anno 1654. Inter Commisarios *Plenipotentiarios* Regis *Sveciae & Daniae*, Rotschildæ Anno 1658. (quam *Pacificationem* non minus subscribere *Mediatores*, *Legati* nempè *Galliae & Angliae Regum*;) iterumque *Hafniæ*, An 1660. Et jam antè **durch Râthe und Bevollmächtigte** *Commissarien*, ut appellantur **im Bromsebröischen** *Tractat de Anno 1645*. Ex quibus hoc omninò observandum est, *Ministrum fœderis*, *Pacisve* aut alterius *Tractatus*, ejus *Domini*, in cujus *Aula* vel *Territorio* negotium perficitur, semper nomine *Deputati* vel *Commissarii* appellari: idemque fieri, si quando in *præsentia Domini* sui aut *conspectu* ejus, licet in *alienâ regione*, negotium suscipit; nec unquam *Belgarum Ordines*, eos quo mittunt aliò ferè, quam *Deputati* aut *Commissarii* nomine, insignire; aliter ac *Respublica Veneta* consuevit, quæ etiam personale quid, saltem *imagine Ducis* sui, repræsentrare sibi videtur, indeque semper *Legati* nomine utitur. *

§. VIII. Ad

de Legat. quam infeliciter apud Mylerum P. 1. de Princip. § Statib. c. 13. n. 25. firmetur, & ad quoslibet subdelegatos porrigatur, ex l. 7. eod. videre est. Utique Jacobus Gothfredus in P. 1. Doctiss. Tract. de jure Præcedent. c. VII. hoc dubium planè prætermisit.

* Sanè *Rerumpublicarum* quoque *Legatos* in *historia veteri Græcâ & Roma-*

§. VIII. Ad Imperiales Commissarios revertamur, & prout Pacem Monaster. & Osnabrug. per Commissarios Legatosve confectam esse diximus; ita Commissarii quoque ad Executionem illius, zum Puncto Amnestiæ & Gravaminum, deputati sunt. *vid. Friedens-Execution's Haupt-Recess §. 5. ubi: Sollen von denen Anwesendē Gesandten Deputirte in gleicher Anzahl von beyden Religionen, ꝛ. und was liquid ad Circulos zur Execution remittirt werden, conf. §. 23. 24. 26. 27. (Quin & Paciscentes constituere suos Commissarios, uti Rex Sveciæ & Elector Brandenburgicus, wegen der Hinter-Pommerischen Grenzen, v. dict. Rec. §. 55).* Cæsar autem denen Kreyhsauschreibenden Fürsten. ꝛ. specialiter Executionem Pacis committit, vermöge des Executions-Edicts zu Wien, den 7. Novemb 1648. Das die Kreyhsauschreibende Fürsten und Kreyhs-Obersten, oder derselben subdelegirte, neben denen von der Kays. Majest. dazu verordneten Commissariis, dem restituendo &c. zu verhelffen, ꝛ. adhibe Limnaum in *Addit. Poster. ad Lib. 1. c. 7. Jur. Publ. p. 103.* Et imò si restituendorum aliquis *Cæsareanus Commissarios* sibi necessarios esse censuerit, (quod ipsorum optioni relinquitur,) etiam *solos* eos expetere potest; atque illos sine morâ dandos, in *Art. 16. §. 3. Instrum. Pac.* placuit; ut nesciam, quâ ratione Cæsarem supremum Pacis executorem esse negaverit, omnem hujus rei potestatem ad circulos delerens, *Herdenus P. 3. Der Grundfeste s. 8. pag. 295. ** Equidem, demandata illa circulis Executio effectum vel potissimum in *Suevico Circulo* fortita est, in Civitatibus illis Imperialibus, quarum causæ, cum primis religionis, per *Instr. Pac.* definitæ fuerant. v. *Die Commission und den darüber gefertigten Recess wegen der Stadt Augspurg in Theatr. Europ ad An. 1648. Part. VI. p.*

& Romanâ frequenter legimus; & nostris etiam temporibus Civitatum Imperialium Deputati quandoque hoc axiomate usi sunt.
 * Est enim apertus heic §. 4 dicti Art. ubi tam restituentes quam restituendi binos aut trinos utrique nominare possunt, à quibus Cæs. Majestas unum à restituendo, alterum à restituente nominatum, pares tamen ex utraq; religione, eligit. Sin autem restituentes nominare neglexerint Cæs. Majest. ex iis, quos restituendus nomina verit, unum deliget, aliumque pro suo arbitrio, observatâ tamen religionis paritate, adjunget.

VI. p. 753. item zu Räußbeuern: in anno 1649. Eadem Part. VI. p. 720. Lundorp. Tom. VI. Lib. 4. c. 94. & Knipschild. Lib. 3. de Jurib. Civit. Imp. c. 26. num. II. zu Biberach: eod. anno 1649. ap. eund. Lib. 3. c. 3. n. 69. p. 417. zu Lindau Lib. 3. c. 4. num. II. p. 433. zu Heilbronn: in anno 1650. & 1654. Lundorp. contin. Tom. VII. Lib. VI. c. 548. & Knipschild. Lib. 3. c. 33. zu Ravensburg: ap. eundem c. II. n. II. p. 772. Dünckelspiel: in anno 1651. eod. c. II. n. 13. & ap. dict. Lundorp. contin. Tom. 6. 162. Quæ omnino facilius processere; nec in illis, quæ satisfactionem Partium belligerantium attinere, mora ulla fuit; cum ita sibi prospexerint, ut Circulari & simili Executione opus non fuerit. Alias autem plurimum difficultatis subortum est in causis etiam magis liquide definitis; adeo ut cura implendi negotii ad Deputatos Imperii remissa

fu.

* Quales non modo censendæ fuerant *speciatim* expressæ, sed & sub *generali Regula Restituendorum* comprehensæ. Et tamen vidimus detentores omni modo se opposuisse Commissionibus, vigore Art. 3. § 1. Instr. Pac. (ibi: *Universi & singuli &c. quibus occasione motuum, aliquid præjudicii ac damni, quocumque modo vel prætextu, illatum est, tam quoad ditiones & bona feudalia, subfeudalia & allodialia, quam jura & privilegia, restituti sunt plenarie in eum statum, quo ante destitutionem gavisæ sunt &c.*) Noribergæ impetratis. Interim congregati ibidem Legati & consilarii Electorum & Statuum regulæ illi, non attentis ejusmodi exceptionibus, veluti *Litispententia*, Commissionis specialis jam ante ab Aula Cesarea emanantæ, controversiæ feudalis nec publicæ & simul Generali Amnestiæ firmiter institerunt, velut inter alias ex ea, quæ Eminentiissimo Electori Moguntio, & Serenissimo Brunsvig. & Luneb. Duci 27. Septemb. anno 1649. decreta est, Commissionem, inferius in Adjunctis sub Litt. C. & D. apparet: adeo ut quanquam ipse Commissarius Elector difficilem se exhiberet, Lit. E. tamen prædicti Statuum Legati prioribus suis Rescriptis iterato inhærent. Lit. F. & G. atque Cesarea Majestas denuo Commissionem illam ratihaberet. Lit. H. Utrique enim possessione pars impetrans, quanquam durante lite in Aula Imperiali, de facto & propria autoritate, occasione motuum destituta fuerat: hinc generalem restitutionem ex *regula generali* prædicti Articuli 3. § 1. (junct. Art. 16 § 2. ibi: *omnes & singuli, qui vigore hujus Transactionis ejusdemque regulæ generalis, vel specialis alicujus dispositionis ad restituendum &c.*) non impedire debuit ulla Exceptio, quippe ad Petitorium magis pertinens, non etiam *Litispententia*, aliusve prætextus: Facit

C

Art.



fuerit v. Execut. Haupt-Recess & R. U. de An. 1654. §. 191. & 192.
Daß nemlich die ordinari Reichs-Deputation, die unerörterte und
ad punctum restitutionis & gravaminum gehörige Sachen zur
Execution befördern solle. Quamvis autem ad placitum dicti Re-
cessus, Imperii Deputati in hoc negotio non segniter versati fue-
rint: ceu quidem ex Diario Europæo, & Part. IV. des Teutschen
Flori Joach. Pastorii, nec non ex Actis Publicis in Harsdörffers
zweytem Theil sect. 4. des Teutschen Secretarii, videre est: Nil
tamen firmiter definitum & conclusum, multoque minus effectui
datum est: quod quidem etiamnum fieri postulat ingens illud &
justum internæ unionis desiderium; id quod primo loco memora-
tus Imperii Recessus de Anno 1654. §. I. collocat. Majori utique
pondere causæ deinceps processere, quæ in ipsis illis Comitibus tra-
ctatæ fuerant; Velut inter alias *causa Magdeburgica*, in qua ad Gut-
achten der beyden höhern Reichs-Collegien zu Regensburg, in
erwehntem 1654. Jahr, über die Execution des §. Instrum. Pac.
Civitati vero Magdeburgensi: emanavit Commissio Cæsarea, auf
Chur-Cölln, und Herzog Augustum zu Braunschweig-Wolf-
fenbüttel: qui propterea partes Helmestadium evocarunt: quan-
quam non penitus differentia componi potuerint, donec res denuo
zu Kloster Bergen d. 29. Maji anno 1666, decisa est.

§. IX. Quin & ante Pacem Osnabrugensem Cæsarea Majestas,
durante bello, Commissiones plures decrevit, quas quidem omnes,
utut illis temporibus non utique tanquam Imperator, verum poti-
us ut *Pars* sæpe agere videretur, sub auspicio tamen & nomine Cæ-
sareo ubique complexa est. Sic enim Serenissimo Elector. Saxon.
Johanni Georgio I. Commissionem datam esse constat in anno 1620.

ut

*Art. 3. §. 2. ibi: Tales restitutiones intelligende sunt, salvois juribus qui-
buscunque, salvois item Litispendentiis: quæ post factam demum resti-
tutionem coram competenti iudice discutiantur. Quamquam vero de-
stituti potius ad remedium hoc Amnestiæ recurrerent, quippe quo
ad nudum factum possessionis, observantiæ & exercitii respiciendum
fuerat, v. Executions Haupt-Recess, §. So dann Chur-Fürsten und
Stände, tamen plures Commissiones suppressæ sunt, causasque ejus-
modi Possessionum Judiciaria via exitum sortiri oportuit.*

ut Bohemos, & concorporatos Bohemiæ subditos hæreditarios Domus Austriacæ, armis ad obedientiam redigeret: quam etiam Commissionem subsecuta protinus fuit illa inter Electorem & Status Provinciales Silesiæ erecta Capitulatio. Porro in ann. 1627. ratione Civitatis Egræ, in causa des Ritterlichen Deutschen Ordenshauses, wegen Abtretung dessen Güter, contra Burgermeister und Rath daselbst. Nec non vi Pacificationis Pragensis de anno 1635. * Immisio altissime memorati Saxon. Electoris in Lusatiam, Görlitzii per Legatos & Commissarios Cæsareos facta: de qua v. Theatrum Europ. Parte III. Pag. 647. Item Commissio Cæsarea ad recipiendum Homagium Vallensteinio, Duci Friedlandiæ, a Ducatu Megapolitano ** præstandum, in Anno 1628. cujus feriem exhibet Lundorpius Tom. VII. L. 6. Actor. Publ. add. part. II. Cont. Lib. 2. p. 814. Et sane arctior quædam est inter ea negotia, quæ Cæsarea Majestas ut talis tractat, & quæ ratione terrarum hæreditariarum suscipit, cognatio; maxime quod hodie nullum fere supersit Majestatem Cæsaris sustentandi medium, nisi quod ex rebus Principis privatis, & hæreditariis adeo dictionibus, desumitur; adeo ut non possint non deliquium pati vires Imperantis, *** sicubi privato nomine petitur: Hinc

C 2. omnes

* Cujus Vindicem reperies apud Lundorp. Cont. P. III. Lib II. p. 745.

** Qui tamen Ducatus Friedlandiæ Duci solum usu fructuarie traditus fuerat, bis ihm seine vor die Kaysersl. Majestät ausgelegte Kriegskosten erstattet seyn würden v. Lit. Commiss. de dato Prag, den 1. April. 1628.

*** Num & Imperii? Abstineo! sunt enim arduæ imo sacre quæstiones: Quanam Cæsaris causæ, & quousque, privata seu propria sint? Num talis Bohemica fuerit? an Imperium illa attigerit? Dehinc an Cæsar in illa Judex esse, vel potestate sua Cæsarea uti potuerit? An etiam Vasallus Imperii, quando Imperator cum Statu quodam alio, a quo Vasallus pariter feudum habet, bellum gerit, Cæsareæ Majestati adfistere, vel Dominum Feudi contra Cæsarem juvare possit? Et vicissim an Vasallus archi-Ducis Austriæ, ut talis, Eundem Archi-Ducem, quando is simul Cæsar est, contra alium Constatum in Imperio juvare debeat? De quibus cum h. l. judicare fas non sit, eos qui recessus harum quæstionum perspicere voluerint, ad Acta Publica superiorum temporum remittimus.

* Possis

mnes etiam actus, qui ad Cæsaris provincias hæreditarias, & ad
 interesse domus Austriacæ, pertinent, (quo sane referri volebant to-
 tam Belli & Processus cum Palatio, Megapolitanis, cæterisque Sta-
 tibus exadverso Cæsari constitutis, rationem, Confœderati adver-
 sus Domum Austriacam,) præscriptione nominis Cæsarei augustio-
 res redduntur*; & vicissim quæ in secretis Cæsareæ Majestatis con-
 ciliis tractantur, ad Imperii & Status Publici rationem referri so-
 lent. Quas vero Commissiones alias Cæsarea Majestas in causis
Bonni decreverit, longum foret commemorare. Utique celebris
 præ cæteris fuit, atque diu in Comitibus agitata, *Gothana* illa, de in-
 quirendo in Bona & reditus Principatus: de qua *N. N. zu Erf-
 furth de Anno 1567. §. 2. seqq.* Interea geminam saltem speciem
 adducamus, quæ privatam quidem causam respicere videntur, sed
 nihilominus tamen publicæ rei tranquillitatem intime afficiunt:
 una illarum ad Exemptionem pertinet; altera ad Vectigalis usur-
 pationem: causas ut frequentes, ita maxime ad turbandam quie-
 tem accommodas: Ad *Exemptionem*, Disceptatio de Præfectura
Alsatiæ, a Gallorum Rege tot retro annis agitata: ** quam Con-
 trover-

* Possis eo referre, quod nuper *Commissarii Cæsarei Passavium* ablegati di-
 ceantur, ut exciperent ibi *Sereniss. Duc. Palatino-Neoburgicum*, den-
Herzog von Neuburg daselbst zu tractiren.

** Sic enim anno 1663 in Comitibus Ratisbonensibus *Alsatiæ Civitates Memo-
 riale* exhibuerant, in quo non nisi *Jus Advocatiæ* si protectionis specialis
Regi Galliæ per Instrum. Pac. deberi ostendebant: E contra *Galliæ Rex*
